Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-321614267-18

MARIENBIBLIOTHEK HALLE A/S.

Kern 86
(1-54; a-g)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-321614267-18

NOTITIA LABORVM
QVIBVS
PER SEMESTRE HIBERNVM
OCCVPABVNTVR
PROFESSORES ET PVBLICI DOCTORES
IN ACADEMIA FRIDERICIANA
PRO-RECTORE MAGNIFICO
SIMONE PETRO GASSERO, ICTO
POTENTISSIMO PORVSSIÆ REGI A CONSILIIS INTIMIS ITEM BELL. ET DOMANIAL. IVRIVM ET RERVM OECONOMICO CAMERALIVM PROFESSORE ORDINARIO, SCABINATVS IN DVCATV MAGDEBVRGICO ASSESSORE.

ADMONITIO AD B. L.

Non priuato auſu, ſed auguſtali libello non ita pridem iuſſi, eo ordine exhibemus patrum huius academiæ nomina, qui cuique in conſeſſu profeſſorum ordinariorum adſignatus eſt: quæ lex eadem in poſterum obſeruabitur.

Lect. Pro-Rectoris, Cancellarii, Directoris, Pro-Cancellarii & Senioris.

SIMON PETR. GASSER, IC. h. t. PRO-RECTOR, *priuatim* hora X. & II. pomer. *Pandectas Ludouicianas* denuo explicabit, iunctis *cautelis* theoretico-practicis. Hora III. pom. vero *collegium* practico-elaboratorio-relatorium iterum aperiet, ad ductum ſuarum *Poſitionum practic.* quæ in Orphanotropheo proſtant. Initium facturus ſtatim poſt nundinas Lipſienſes. *Publicas* lectiones hac hieme, ob infinitos labores, differre cogitur.

IO. PETR. DE LVDEWIG. Urget me grauitas curialium argumentorum. Nam his etiam conſtringunt me duplicis muneris rationes, quibus ſum deuinctus. Habent uero *academici auditores* haec inde commoda; ne diſcant in ſcholis meis, dediſcenda in uita ciuili olim. Praeterito ſemeſtri primo colici cruciatus, tum ſuffocatiua tuſſis adflixere ſenectutem meam; neque tamen ita eam fregerunt, quin par eſſem & quotidianis doctrinis & forenſibus, in collegio iureconſultorum, cauſis uel iudicandis uel reſpondendis, imo expediendis illis pariter, quae demandauerat regalis aula. Reualui ante paucas hebdomades &, ſi uaticinia medicorum aliquid ualent, praeteritis cum malis conflictandum fuerat; ut corpus, diu multumque ita quaſſatum, depulſa illuuie, nouo robore inſtauretur regeneretur que. Hac ſpe, ſiue certa ſiue fallaci, fretus noua collegia aperiam, quae ſequuntur. *Hora IX.* IVS FEVDALE docebo, b. m. *Struuio* praeeunte. Eo maioris momenti eſt haec iurisprudentiae pars; quo certius & portenti fere inſtar eſt: OMNEM GERMANIAM FEVDALEM ESSE hodie. Hoc enim nexu & principes imperatori imperioque tenentur, & uniuerſa iterum nobilitas ſuis territorii dominis. Ut mirum non ſit: tam ſuprema imperii tribunalia, quam iudicia in prouinciis exerceri his potiſſimum forenſibus, *feudorum* & *ſubfeudorum*, litigiis. Adeoque eorundem & *iudices* & *aduocati* probe inſtruendi ſunt: *quid hic ſit moris ac iuris?* Praeterea hoc non minus certum; naeuos *feudalium ſyſtematum* eo peſtilentiores & noxios magis eſſe, quo grauiores tangunt perduntque cauſas. Ex quo labyrintho nemo ſe expediet; niſi animum imbuerit rerum Germanicarum omnis aeui & anguli notitia. Ducam auditores, ariadneo filo, ex perplexo hoc itinere, tot anfractibus intercepto. Vos, ſi ueſtrum hoc eſſe creditis, ſequimini. *Hora XI.* INSTITVTIONES IVSTINIANEAS exponam, conductis ad ſingulos titulos *Romani & Germanici iuris differentiis*. Methodus iura, quibus utimur in foro, per haſce *differentias docendi*, mihi olim propria fuit & peculiaris. Viſu audituque eſt mihi gratiſſimum ideo, plures nunc offendi eiusdem ſtrenuos mei exempli imitatores.

IVSTVS HENNINGIVS BOEHMER, IC. GRIEBNERI *principia proceſſus civilis* publicis illuſtrabit ſcholis; priuatis vero ad *alteram Digeſtorum partem* progreſſum faciet, & *hora IX. ad inſtitutiones iuris eccleſiaſtici* a ſe editas commentabitur: iis quoque non defuturus, qui in referendis atque in compendium reducendis actis manuductionem eius deſiderabunt.

CHRISTIANVS WOLFIVS, Pro-Cancellarius, hor. mat. XI. & pomer. III. in GROTIVM *de Iure Belli & Pacis* commentabitur. Hor. IV. pomer. *Phyſicam* explicabit. Nec deerit iis, qui in aliis operam ipſius deſiderabunt.

FRIDERICVS HOFFMANNVS, Acad. Senior. Cum ſenectutis imbecillitate, variisque fuerim impeditus occupationibus, quo minus, vti exoptaueram, promiſſo meo ſatisfacere, & docendo prodeſſe potuerim, bono cum Deo, inſigni ſtudioſam iuuentutem erudiendi cupiditate ductus, conſtitui, per hoc, quod inſtat, ſemeſtre hibernum, ſi vires meæ permittant, caſus clinicos ab exteris mihi transmiſſos proponere, morbos, eorumque cauſas, ex ſolidis pathologiæ principiis explicare, iisque medelam, ſingulari morborum indoli accommodatam, ſuperſtruere, vt, qui artis exercitium ſunt aggreſſuri, meam, hoc eſt, experientia certa ſubnixam, methodum imitari, & felicem in curationibus peragendis ſibi polliceri queant ſucceſſum.

LECTIO-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-321614267-18

LECTIONES THEOLOGICAE.

D. IOACHIMVS LANGE, publice hora X. in Theologia thetica perget per tres horas priores, in reliquis vero cum ea praxin exegeticam in *Epiſtolam ad Philippenſes* coniunget: & priuatim hora II. Hiſtoriam Eccleſiaſticam N. T. tractabit: continuabit etiam diebus dominicis poſt ſacra publica lectiones aſceticas.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS, *B. Speneri expoſitionem doctrinæ Chriſtianæ*, ad ductum Catechiſmi Lutheri conſcriptam, pertractabit; viam inprimis commonſtraturus, qua ratione a miniſtris eccleſiæ doctrina catechetica recte tradenda ſit. Præterea perget in lectionibus *Parænetícis*, nec non in populari & *aſcetica* tractatione *poſterioris* epiſtolæ *ad Corinthios*.

D. CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS hora II. *publicis* prælectionibus quod reſtat prophetiarum Eſaiæ, vna cum Ieremia, (penſum quod ſuperiori ſemeſtri ob læſionem ex grauiore lapſu abrumpere coactus eſt) abſoluet. *Priuatim* hora IX. Paulinas epiſtolas ad Romanos Corinthiosque illuſtrabit: & hora III. Emphaſiologiam, partem Hermeneuticæ S. non infimam, docebit.

SIG. IAC. BAVMGARTEN *publice* poſt *Ioannis* euangelium *acta apoſtolorum* interpretabitur diebus ſolis h. IIII. & *antiquitates chriſtianas* explicabit h. XI. diebus lunæ & martis: *priuatis* ſcholis h. VIII. *doctrinam chriſtianam* redordietur; h. XI. quatuor poſtremis hebdomadum diebus *hiſtoriam chriſtianam* auſpicabitur, finita controuerſiarum tractatione; h. IIII. in *ſectiones euangeliorum liturgicas* commentabitur; & h. VI. *libros ſymbolicos* ſuccincte illuſtrabit: *priuatiſſimis* præterea laboribus *diſputationum* & *examinum* ſatisfaciet.

D. BENED. GOTTLOB CLAVSWITZ *publicis* lectionibus H. III. *Introductionem* in *Theol. moralem. Theol. polemicam* diuerſarum religionum & *prudentiam eccleſiaſticam*, methodum tractandi & ſubſidia præcipua declaraturus ſuppeditabit. *Priuatim* H. IX. in Ep. II. ad *Corinth.* & Ep. ad *Coloſſ.* tractatione exegetica commentabitur. H. V. *Inſtitutiones homileticas* breuibus aphoriſmis expoſitas luculentisque exemplis illuſtratas exhibebit. Continuabit etiam *diſputat. colleg. die mercurii* H. I. Perget quoque in *Diſpp. publ. de fide in I. C.*

IO. HENR. CALLENBERG *publice*, hora IX. tribus prioribus diebus, abſoluta *Pſalmorum* explicatione, *Prophetas minores* ex Ebræo ſermone exponet: *priuotim* eadem hora, tribus poſterioribus diebus, *Hiſtoriam eccleſiaſticam medii & recentioris æui* enarrabit; in iſta etiam progredietur exercitatione, quæ ad Theologiam antiiudaicam ſpectat.

IO. GEORG. KNAPP h. 11 - 12. *libros difficiliores ex Hagiographis* breuius, hora vero 5-6. veſpertina, *dicta probantia, ordinem locorum theologicorum ſecuturus*, fuſius illuſtrabit. Iouis autem die h. 2 - 3. ſelectos auditores *in diſputando exercere*, & die Veneris h. 6-7. *poſteriorem ad Timotheum epiſtolam* ita tractare perget, vt omnia ad vitae ſtudiique theologici vſum transferat.

IVRIDICAE.

IAC. GABR. WOLF *publice*, hora VIII. matutina, *iurisprudentiam ſuam naturalem ac gentium, tum priuatam tum publicam*, regulas iuſti ac virtutis excellentioris, ſeruato etiam ſtatus naturalis & ciuilis diſcrimine, diſtincte explicantem atque applicantem, interpretabitur, atque hoc ſemeſtri abſoluet; *priuatim* vero hora IX. STRVVII *iurisprudentiam Romano-Germanicam forenſem;* MENCKENII quoque *additiones*, reliquos pandectarum titulos exponentes, hora IV. mox poſt noui anni auſpicium, ſi ita viſum fuerit amicis, iuncturus; præterea hora XI. V. C. IO. IAC. MASCOVII *principia iuris publici I. R. G.* & denique hora III. ſua ipſius *elementa iuris feudorum, tum prouincialium, tum Imperialium.* Finitis nundinis Lipſienſibus, initium, A. S. N. facturus.

CAR. GOTTLIEB KNORRE interpretabitur Hora IX. HEINECCII *Elementa Iuris Naturæ & Gentium*, Hora XI. EIVSDEM *Elementa Inſtitutionum*, Hora X. & II. *Pandectas Ludouicianas.* Aperiet denique Hora III. *Collegium Practicum elaboratorium* ad ductum der gründlichen Anleitung zum Proceß ſimulque *elementa artis relatoriæ* tradet. Facturus initium finitis nundinis Lipſienſibus.

IO. GERARDVS SCHLITTE ſemeſtri hoc hyberno in *Inſtitutiones Iuſtinianeas*, STRVVII *Iurisprudent. forenſem* & Ludouici *Doctrinam Pandectarum* ea, qua par eſt, fide ac induſtria commentabitur, nec illis, qui Collegium *examinatorium ad Pandectas* expetiuere, defuturus. De horis hiſce Collegiis impendendis e valuis publicis Dnn. Auditores admonebit. Initium b. c. D. fiet finitis nundinis Lipſienſibus.

IO. SAMVEL FRID. BOEHMER finitis nundinis Lipſ. inchoabit Prælectiones hora VIII. ad ſuam Iurisprudentiam *criminalem*, hora IX. ad B. HEINECCII Elementa iuris *Naturæ & Gentium*, hora X. & II. ad Domini Parentis *Pandectas*, hora XI. ad B. HEINECCII Elementa *Inſtitutionum:* expoſitis vbique iuris *Romani* ac *Germanici* differentiis, denique hora III. ad STRVVII iurisprudentiam *feudalem*.

MAR

MARTINVS SCHMEIZEL *Publicas* operas infra ſuo loco indixit; *priuatas*, & quidem *hora X.* deſtinauit illuſtrandæ ſuæ *Introductioni ad Notitiam Statuum Europæ*; *h. XI.* MASCOVII V. C. *Principia Iuris Publ.* rurſus adgredietur, ita vt doctrinarum filum, vsque ad præſentem ſed & fatalem Imperii faciem depingendam, deducatur; *h. I.* diebus Veneris & Saturni, *doctrinam & Iura inſignium Heraldicorum* ſolide proponet, ad ductum *Introductionis ſuæ in Heraldicam.*

IOHANN EHRENFRIED ZSCHACKWITZ, Prof. Iur. & Philoſ. Ordin. Hor. VIII. mat. diebus *Lunae, Martis & Mercurii* HEINECCII *Ius Naturæ* ex ipſiſſimis huius Iuris Principis explicabit, Hor. IX. *Hiſtoriam nouiſſimam* ſtatuum noſtræ Europæ, cum primis *noſtri Imperii* dilucidatam dabit, quibus curis Explicatio *Capitulationis moderni* Imperatoris adiicitur, Hor. XI. duce STRVVIO *Hiſtoriam Imperialem*, & quidem ex ipſiſſimis fontibus dilucidaturus eſt, & quibus Dnor. Commilit. hæc hora minus commoda, eos *Hor. II.* pom. expectat. Hor. III. prælucente STRVVII *Iure publico Ius noſtri Imperii publicum* genuina methodo tradet, Hor. IV. *Autore Introductione Pufendorfiana*, *Hiſtoriam Vniuerſalem omnium Regnorum* tam emortuorum, quam quæ adhuc florent, practice exhibebit. Initium harum Curarum fiet die *15.* inſtantis Menſ. *Octob.*

D. IO. TOBIAS CARRACH deſtinauit 1) horam IX. *Iuri Naturali* ad HEINECCII Elementa. 2) horam X. iuncta II. pomerid. *Digeſtis* ad EIVSDEM Elementa Iuris ciuil. ordine Pandect. & 3) horam XI. *Inſtitutionibus* ad EIVSDEM Elementa iur. ciuil. ordine Inſtitutionum; 4) horam III. collegio *Proceſſuali elaboratorio*, & denique 5) horam VIII. matur. continuationi *Iuris Canonici.*

MEDICAE.

MICHAEL ALBERTI *Publico* officio ſatisfaciens Caſus fortuitos, vitæ & ſanitati infenſos, vlteriori ſtudio, adſueta conſtantia pathologico-practica explicatione continuabit. *Priuatis* laboribus Phyſiologiam, Pathologiam, Materiam Medicam, Praxin univerſalem, & iurisprudentiam medicam proſequetur. Impoſterum autem b. c. D. Chirurgiam Medicam & methodum artificioſe conſcribendi formulas auſpicabitur: quod inſtitutum peculiari Scheda indicabit.

I. IVNCKER de formulis medicamentorum conſcribendis aget *publice*; *priuatim* hora X. Theoriam medicam phyſiologico-pathologicam, hora autem XI. Therapiam generalem & ſpecialem docebit: priuatiſſime ad praxin clinicam manu ducet prouectiores.

D. IO. HENR. SCHVLZE *phyſiologiam medicam* explicabit, ad *diſpenſatorium regium & electorale Poruſſo Brandenburgicum* de medicamentorum, quæ in officinis præparata & compoſita proſtant, viribus & vſu diſſeret: atque *pathologiam ſpecialem cum doctrina ſignorum & praxi medica* coniunctam pertractabit.

FRIDERICVS HOFFMANNVS, P.P.O. Per hoc ſemeſtre hibernum publice die mercurii & ſaturni hora XI-XII. collegium pathologicum, in quo ſuccinctam & ſolidam morbos, eorumque cauſas cognoſcendi methodum trado, ad finem perducam. Priuatim res ad materiam medicam pertinentes, ſecundum tria naturæ regna, pertractare, easque ex apparatu meo oſtendere conſtitui, eum ſecuturus ordinem, vt tam ſingulorum ſimplicium vires, agendique modum, ex principiis phyſicis & chemicis demonſtrem, quam, quæ ex his præparari poſſunt, medicamenta compoſita, explicem. Deinde collegium inchoabo chemicum, & in eo non rationalem ſolum huius artis theoriam docebo, ſed experimenta etiam & proceſſus medico ſcitu neceſſarios inſtituam. Initium harum lectionum erit finitis nundinis Lipſienſibus, horasque hisce collegiis deſtinatas e valuis publicis indicabo.

D. PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER finitis nundinis Lipſienſibus, horis antimeridianis inſtituet *præparationes anatomicas priuatas*, & prouectiores ad *anatomiam practicam* manuducet. Hora III. pomeridiana priuatim *doctrinam de oſſibus* exponet, ac deinde *reliquas totius corporis partes*, continuo ſtudio pertractabit. Publice vero ad ductum *ideæ medicinæ vniuerſæ Ill.* HOFFMANNI fundamenta *Pathologiæ generalis* tradet.

PHILOSOPHICAE.

D. CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS, philologicas muneris ſui partes, in docendis linguis ſacris, cum theologicis ſupra iam memoratis coniunget: ac præterea collegia curſoria, cum in Pentateuchum Moſis, tum in IV. Euangelia, vna cum Philologico in Pſalmos, & in Ebræorum accentus, in domeſtico auditorio cupidis ſacrarum litterarum cultoribus procurabit.

MICHAEL ALBERTI. Finita Doctrina *publica* tractatione de Elementis ſ. naturalium corporum principiis horumque viribus ceterisque vſibus & qualitatibus, nunc Theoriam Motus explicandam ſuſcipiet. Proinde *priuato* ſtudio Fundamenta Logica, ad Medicinam applicanda, vna cum methodo & exercitio in diſputando & iudicioſe conuerſando tradet.

IO. IOACH. LANGE, Matth. P. P. O. *publice* h. IV. *Matheſin puram*, h. e. Matheſin vniuerſalem, Arithmeticam, Geometriam atque Trigonometriam; *priuatim* vero h. II. *Matheſin*

ſin applicatam, h. e. diſciplinas Mechanicas, Opticas, Aſtronomicas, cum Architectura ciuili atque militari, & Algebram h. V. explicabit. Lectionibus in Hiſtoriam naturalem ſpecialiſſimam, ad ductum Syſtematis LINNÆANI trium regnorum naturæ, deſtinatæ ſunt horæ I. ad III. die Saturni.

MARTINVS SCHMEITZEL *publice* hora in tempore indicanda interpretabitur opuſculum ſuum *die Academiſche Klugheit; Priuatim hora IX. Hiſtoriam Eccleſ. N. Teſt.* ad ductum *Præcognitorum* ſuorum ita illuſtrabit, vt imprimis *Iuris Studioſi* inde doctrinas capere queant, maxime neceſſarias in diſcendo Iure Can. & Eccleſ. *h. I.* diebus Lunæ & Martis *Hiſtoriam recentiſſimam* ad ductum nouellarum relationum ita explicabit, vt procerum hodie belligerantium controuerſiæ, nec non reliquorum Genealogiæ ac ſtatus præſens, aliaque notatu digniora, nobis innoteſcant debite. *H. III. Hiſtoriam Germaniæ, b. IV. Hiſtoriam Vniuerſalem* rurſus repetet, methodo ſibi conſueta; *h. V. Hiſtoriam Iuris Ciu. Can. & Eccleſ.* ſecundum theſes ſuas typis expreſſas, iterum repetet. *Horæ*, ſi minus ad palatum fuerint, facile cum aliis permutari poterunt.

IO. HENR. SCHVLZE publice interpretabitur C. SVETONIVM *de Cæſaribus*, operamque dabit vt & ea, quæ ad latini ſermonis proprietatem ſpectant, ſatis explicentur, & in ampliſſima occaſione antiquitates Romanas illuſtrandi auditorum commodis quam diligentiſſime inſeruiat. Priuatas inſtitutiones ſtili, aut priuatiſſimas, deſiderantibus paratiſſimum ſe præbebit.

DANIEL STRÆHLER 1) *Ethicam* cum *Iure Naturæ* coniunctam h. II-III. exponet; 2) *Arithmeticam, Geometriam & Trigonometriam* h. III-IV. ita tradet, vt diſcant inde Auditores vſum & applicationem Logicæ in cæteris genuinæ eruditionis partibus; 3) *Logicam* ſuam iterum illuſtrabit h. IV-V. 4) *Metaphyſicam* explicabit h. V-VI. Si denique erunt, qui *Lectiones curſorias* in vniuerſam Philoſophiam cupient, & iis facilem ſe præbebit. Initium erit d. 15. Octobris.

D. FRID. WIDEBVRG tradet ab VIII-IX. *Ius Publicum* imperii Germanici in MASCOVII principia Iuris Publici; a X-XI. *hiſtoriam vniuerſalem* in PVFENDORFII introductionem: ab XI-XII. *hiſtoriam imperii Germanici* duce STRVVIO. Initium harum lectionum erit d. 15. Octob. finitis nundinis Lipſienſibus.

THEOD. CHRISTOPH. VRSINVS philoſophiam *rationalem & moralem* coniunctim explicabit, præeunte B. noſtro HEINECCIO, hora II-III. *Logicam* ſeorſim interpretabitur in Cl. BAVMEISTERI Inſtit. philoſophiæ rationalis, h. III-IV. *Metaphyſicam* docebit h. IV-V. ad ductum theſium ſuarum: Anfangs-Gründe der philoſophiſchen Wiſſenſchaften überhaupt. Singulis vero *Saturni* diebus hora II-IV. Collegium *diſputatorium* inſtituet in recentiores philoſophiæ controuerſias.

IO. HENR. CALLENBERG in ſcholis theologicis ſimul philologiæ & hiſtoriæ litterariæ, quatenus hæc ad theologiam pertinet, habebit rationem; nec iis denegabit operam, qui Arabicam linguam, Rabbinicamue ſe duce addiſcere velint, ſi iuſto numero nomina ſua profiteantur.

IO. EHRENFR. ZSCHACKWITZ, Prof. Philoſ. Ordin. Hor. VIII. mat. diebus *Iouis, Veneris & Saturni* ex HEVMANNI *Introductione Hiſtoriam Literariam*, & quidem ex ipſiſſimis fontibus enucleabit, Hor. X. ex SECKENDORFII *Fürſtenſtaat vera & authentica Politica* exhibita apparebit, quibus Curis ex eodem Autore *Notitia Iuris feudalis* annectitur.

EXTRAORDINARIAE.

D. HENR. BASS publice Mulierum pertractabit morbos d. Mercurii & Saturni hor. X. Priuatim prælegeт 1) Collegium Anatomico-Pathologicum, hor. XI. 2) Chirurgiam medicam, hor. I. 3) Praxin medicam cum cautelis, hor. IV. Initium Lectionum ſuarum ex valvis indigitabit publicis.

IVSTVS ISRAEL BEYERVS, Ph. Pr. finitis, quæ adhuc ſuperſunt, lectionibus ſtyli germanici publicis, d. XV. Oct. redauſpicabitur priuatim ab hora VII. vsque ad VIII. præcepta *ſtyli germanici;* ab h. VIII. vsque ad IX. *epiſtolographiæ germanicæ* fundamenta atque exercitia; ab h. IX, vsque ad X. *oratoriam*, NEVKIRCH & GOTTSCHEDIO ſingulis horis præeuntibus; neque inpoſterum Dominis Commilitonibus, carmina germanica vel epiſtolas, latino aut patrio idiomate conſcriptas, deſiderantibus deerit vmquam.

IOANNES FRID. STIEBRITZ per inſtans Semeſtre hibernum, diuina munitus gratia, hora VIII-IX. ſcholas *iuris naturæ*, præeunte KOELERO, aperiet; hora IX-X. *Metaphyſicæ* doctrinas ad ductum viri illuſtris, CHRIST. WOLFFII proponet; h. X-XI. *Ieſaiam* & *prophetas*, quos vocant, *minores*, ex fonte hebræo interpretatibitur; ac denique h. III-IV. *Logicam*, incomparabilem WOLFFIVM ſecuturus, enucleabit. Initium ſument hæ lectiones finitis nundinis Lipſienſibus.

P. P. die XXV. Sept. MDCCXLII.

Halæ Magdeburgicæ, literis HENDELIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-321614267-18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-321614267-18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-321614267-18

NOTITIA LABORVM

QVIBVS

PER SEMESTRE HIBERNVM

OCCVPABVNTVR

PROFESSORES ET PVBLICI DOCTORES

IN ACADEMIA FRIDERICIANA

PRO-RECTORE MAGNIFICO

SIMONE PETRO GASSERO, ICTO

POTENTISSIMO PORVSSIÆ REGI A CONSILIIS INTIMIS ITEM BELL. ET DOMANIAL. IVRIVM ET RERVM OECONOMICO CAMERALIVM PROFESSORE ORDINARIO, SCABINATVS IN DVCATV MAGDEBVRGICO ASSESSORE.

ADMONITIO AD B. L.

Non priuato auſu, ſed auguſtali libello non ita pridem iuſſi, eo ordine exhibemus patrum huius academiæ nomina, qui cuique in conſeſſu profeſſorum ordinariorum adſignatus eſt: quæ lex eadem in poſterum obſeruabitur.

Lect. Pro-Rectoris, Cancellarii, Directoris, Pro-Cancellarii & Senioris.

SIMON PETR. GASSER, IC. h. t. PRO-RECTOR, *priuatim* hora X. & II. pomer. *Pandectas Ludouicianas* denuo explicabit, iunctis *cautelis* theoretico-practicis. Hora III. pom. vero *collegium* practico-elaboratorio-relatorium iterum aperiet, ad ductum ſuarum *Poſitionum practic.* quæ in Orphanotropheo proſtant. Initium facturus ſtatim poſt nundinas Lipſienſes. *Publicas* lectiones hac hieme, ob infinitos labores, differre cogitur.

IO. PETR. DE LVDEWIG. Urget me grauitas curialium argumentorum. Nam his etiam conſtringunt me duplicis muneris rationes, quibus ſum deuinctus. Habent uero *academici auditores* haec inde commoda; ne diſcant in ſcholis meis, dediſcenda in uita ciuili olim. Praeterito ſemeſtri primo colici cruciatus, tum ſuffocatiua tuſſis adflixere ſenectutem meam; neque tamen ita eam fregerunt, quin par eſſem & quotidianis doctrinis & forenſibus, in collegio iureconſultorum, cauſis uel iudicandis uel reſpondendis, imo expediendis illis pariter, quae demandauerat regalis aula. Reualui ante paucas hebdomades &, ſi uaticinia medicorum aliquid ualent, praeteritis cum malis conflictandum fuerat; ut corpus, diu multumque ita quaſſatum, depulſa illuuie, nouo robore inſtauretur regenereturque. Hac ſpe, ſiue certa ſiue fallaci, fretus noua collegia aperiam, quae ſequuntur. *Hora IX.* IVS FEVDALE docebo, b. m. *Struuio* praeeunte. Eo maioris momenti eſt haec iurisprudentiae pars; quo certius & portenti fere inſtar eſt: OMNEM GERMANIAM FEVDALEM ESSE hodie. Hoc enim nexu & principes imperatori imperioque tenentur, & uniuerſa iterum nobilitas ſuis territorii dominis. Ut mirum non ſit: tam ſuprema imperii tribunalia, quam iudicia in prouinciis exerceri his potiſſimum forenſibus, *feudorum* & *ſubfeudorum*, litigiis. Adeoque eorundem & *iudices* & *aduocati* probe inſtruendi ſunt: *quid hic*
ſit moris ac iuris? Praeterea hoc non minus certum;
tiores & noxios magis eſſe, quo grauiores tangunt per
mo ſe expediet; niſi animum imbuerit rerum Germa
cam auditores, ariadneo filo, ex perplexo hoc itinere,
hoc eſſe creditis, ſequimini. *Hora XI.* INSTITVTIO
ad ſingulos titulos *Romani & Germanici iuris differenti*
per haſce *differentias docendi*, mihi olim propria fuit &
tiſſimum ideo, plures nunc offendi eiusdem ſtrenuos m

IVSTVS HENNINGIVS BOEHMER, IC. G
blicis illuſtrabit ſcholis; priuatis vero ad *alteram D*
hora IX. ad inſtitutiones iuris eccleſiaſtici a ſe editas
futurus, qui in referendis atque in compendium re
derabunt.

CHRISTIANVS WOLFIVS, Pro-Cancellarius,
de Iure Belli & Pacis commentabitur. Hor. IV. p
iis, qui in aliis operam ipſius deſiderabunt.

FRIDERICVS HOFFMANNVS, Acad. Senio
que fuerim impeditus occupationibus, quo minus,
cere, & docendo prodeſſe potuerim, bono cum De
di cupiditate ductus, conſtitui, per hoc, quod inſtat
mittant, caſus clinicos ab exteris mihi transmiſſos p
ſolidis pathologiæ principiis explicare, iisque mede
modatam, ſuperſtruere, vt, qui artis exercitium ſu
tia certa ſubnixam, methodum imitari, & felicem i
queant ſucceſſum.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-ha32-1192015415-321614267-18